



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eginhartvs De Vita Caroli Magni, Animadversionibvs Illvstratvs

Bessel, Friedrich
Reinhard, Johann Friedrich

Helmeftadii, 1667

Caput XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10996

salutis, Apostolicâ benedictione perceptâ, in Franciam reversus est. Quæ sic exponit Regino lib. II. ad eund. ann. Rex oratione ad limina Apostolorum completâ, & benedictione perceptâ, in Franciam gressum dirigit: Denique quartâ vice ad cognoscendam Leonis Pontificis causam ann. 800.

CAPUT XXVIII.

1. **V**ltimi adventûs sui non solum hæc fuere causæ, verum etiam quod Romani Leonem Pontificem multis affectum injuriis, erutis videlicet oculis, linguaque amputata, fidem regis implorare com-
 2. pulerunt. † Idcirco Romam veniens, propter reparandum qui nimis conturbatus erat ecclesiæ statum, ibi totum * MS. *eraxit.*
 3. hyemis tempus * protraxit, † Quo tempore Imperatoris * Td & deest in MS.
 * & Augusti nomen accepit: quod primò tantum aversatus est, ut affirmaret se eo die, quamvis præcipua * solennitas esset, Ecclesiam non intraturum fuisse, si Pontificis * MS. *sc-*
 4. consilium præscire potuisset, † Invidiam tamen suscepti *stivitas.*
 nominis, Constantinopolitanis Imperatoribus super hoc indignantibus, magna tulit patientiâ, vicitque eorum contumaciam magnanimitate, quâ eis proculdubio longè præstantior erat, mittendo ad eos crebras legationes, & in epistolis fratres eos appellando.

ANIMADVERSIONES

AD CAP. XXVIII.

Quod Romani Leonem Pontificem multis affectum injuriis.) Hic verò plenis manibus fabulas nobis admetiuntur Vereres Historici. Regino Prumiensis lib. II. Chron. ad an. 799. Romani Leonem Papam Litaniâ majore captum, excecaverunt, ac linguam ejus radicibus absciderunt. Iisdem verbis utuntur Marianus Scotus & Ado Viennensis ad eundem annum; qui omnes proculdubio Annales Monachi Egoiswensis p. 260. exscripsere. Similiter Hermannus Contractus ad an. 798. & Lambert. Schaffnaburg. ad an. 799. oculos erutos ac linguam truncatam referunt. Nimum quantum exaggerat facinus, Sigebertus ad an. 799. Leonem, inquit, papam celebritatem Litane majoris agentem Romani capiunt, Linguam ei Oculosq; evellunt: cui voce & visu reddito divinitus, iterum oculos & linguam erunt radicibus, qui de manu eorum erutus ad Carolum fugit.

N

Hæc